



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Aphorismi Confessariorvm Ex Doctorvm sententijs collecti

Sá, Manuel de

Coloniae, 1610

Alimenta

urn:nbn:de:hbz:466:1-41645

stato successurus, etiam si sit extra illud personarum genus, nisi aliud euidenter appareat ex verbis testatoris.

3 Alienatio facta cum debito consensu, & sine fraude, valida est in conscientia: etiam si desint solemnitates à iure requisitæ; ex præsumptione.

* Vide contract. r.

4 Prohibitus alienare, potest alienare mobilia, quæ in triennium seruari non possunt, secus si seruari possint & sint pretiosa.

5 Arbores Ecclesiæ nisi sint pretiosæ, cædi & vendi possunt.

6 Iurans non alienare rem Ecclesiæ, Iuramento non ligatur, quominus seruatibus alioqui seruantibus possit in eius utilitatem alienare, itemq; rem modicam; intelligitur enim iuramentum secundum iuris dispositionem.

7 Solemnitas iuris non requiritur in rebus modicis, nec in ijs, quæ Religiosi retinere non possunt, (itaque Mendicantes, quibus non licet bona immobilia etiam in communi possidere, possunt vendere immobilia sibi aliquo testamento relicta, vel aliàs donata) nec secundum quosdam in rebus mobilibus etiãsi possint seruari, ut ouibus, modo non sint mobilia pretiosa.

Alimenta, vide Dos, Parentes.

Alimentorum nomine veniunt ea, sine quibus

quibus non potest honestè viui, vt cibus, vestes, habitatio, & medicina, & interdum dos.

* De alimentis nonnulla Lopez p. 2. c. 19. Summistæ verb. Alimenta, Mol. d. 168. 228. Couar. epit. 2. p. c. 8. §. 6.

* Vide Mol. l. c.

2 Tenetur pater filium etiam spurium alere, & dotare etiam si est filia, iuxta quantitatem alimentorum debitam.

* Couar. l. c. num. 12. 14. 15. Syl. l. c. nu. 2. Mol. D. 168. Fum. Alimenta. 6. vide Graf. l. 2. c. 59.

3 Cum potest pater filium exhæredare, potest & alimenta negare, nisi filium peccati pœniteat. Quidam tamen negant posse vnquam à patre egenti filio alimenta negari; quod mihi probatur: est enim debitum naturale.

* {Cum potest Pater} Mol. l. c. {Negant} Couar. l. c. nu. 17. nisi in causa ingratitude, quando filius morte dignus esset.

4 Alimentorum quantitatem, lege aut statuto definitam, potest pater filio spurio relinquere, etiam si is habeat alioqui vnde viuat, transibitq; ad huius hæredes.

* Couar. l. c. num. 10. Sed si lege quantitas non definiatur, non est à patre alendus, si se alere potest. 16. num. 9.

5 Tenentur ascendentes descendentes si egēt, alere, & è contra: nec potest vir vxori, quæ dotem

dotem attulit, prohibere, quin illa egentem patrem suum alat.

* *Mol. l. c. D. 168. Syl. l. c. nu. 2.*

6 Tenetur auus maternus nepotem egentem alere, si hunc paterna linea alere non possit, aut nolit. Tenetur & socer nurum egentem, & frater fratrem etiam spurium, & sororem etiam naturalem, seu illegitimam egentes, & tutor pupilli matrem, & sororem egentem alere; item que, secundum quosdam, patrinus, & Parochus filios spirituales. Quæ mihi omnia, ut parum in more hominum sunt, ita multum videntur naturali Iuri consentanea: quantum vero peccent qui non faciunt, non ausim dicere. Illud tamen opulentos moneo, ut cogitent quod D. Paulus ait. Qui suorum curam non habet, esse infideli deteriorem.

* *Lege Mol. l. c. ver. Sicut parētes, & d. 228. ver. Tertium. {Frater} {Lopez l. c.} {sororem} Syl. l. c. num. 5.*

7 Egentem filium, quem pater, & auus alere non possunt, aut nolunt, tenetur mater alere; alioqui debet ei solum lac: quod si nec id possit, tenetur pater lactandum curare.

* *Syl. l. c. {Lac} primo triennio, Couar. l. c. nu. 13. Mol. l. c. Nau. c. 14. num. 17.*

8 Alimentorum causa pia est, ideoque potest & in festo, & corā Iudice Ecclesiastico tractari. Addit. { * Sub alimentis non intelliguntur debita eius, cui ea debentur, Mol. d. 228. l. si quis

g. pa.

§. parens. ff. de lib. agnosc.

Pœnam pro delicto filij non tenetur pater soluere, neque de legitima, neque de alimentis ei debitis. *Mol. l. c. ex Spec. & Pan.*

Hæredes patris tenentur alere spurios, *Cou. l. c. num. 14.*

Si pater, & mater nequeat spurios alere, tenentur aui, proaui, & his maiores. *Couar. l. c. num. 16.*

Altare, vide Benedictio, Ecclesia.

Altare multis modis amittit consecrationem. Primo enormi fractione mensæ. Secundo si fuit mota iunctura, qua mensa stipiti lapideo adhæret. Tertio si moueatur, vel frangatur signum sepulchri. Demum si alio quocunq̄ue modo formam suam amittat; non tamē si lapis, in quo sit sepulchrum amoueatur à ligno. vide *Syl. verb. altare. q. 8. & 9.*

* Altare notabili fractione consecrationem amittit: vt si calix, & hostia in neutra parte collocari possit. *Lege Sua. t. 3. d. 81. sect. 6.*

Addit.] Solus Episcopus Altare, & ecclesiam consecrat; Sacerdotes Socie. Iesu quoque prodiffitis Americis prouincijs, concedente Pontifice summo, *Sua. l. c. col. 3.*

Vnctione chris-matis, & benedictione consecratur altare. *c. altaria. 2. de consec. d. 1.* Reliquæ sanctorum non spectant ad consecrationis essentiam, & si id quidam dicant ex *ca. placuit*